

nullum Jus habet in ea, cum sit extra Ecclesiam, Riccius. *supra num. 6.* dicente Apostolo, *de his qui foris sunt nihil ad nos prima ad Corinth. c. 5. in fine, latè Turrecremata in can. de Iudeis art. 4. dist. 44.*

44 Neque potest officere Moysi Pollono herero in hoc casu, quod exposuerit, aut derelinquerit pueram, nam non ex impietate, & crudelitate, sed ex necessitate exposuisse dicendum est, cum sibi defecisset omne subsidium ad vitæ necessitatem, nec à Massarii Gheti potuerit impetrare, & tunc non amittit Jura sua, *l. 2. & 3. C. de infantibus exposit. c. Unico de infantibus, & languidis expositis, ibi in Verbo (Relegato pietatis Officio)*, & ita credendum, quia delicta non presumuntur; tum quia necessitas superat omnem legem, ac propterea non potest dici, quod Moyses amiserit Patriam potestatem, *l. Patrem C. de Nuptiis, & notant D.D. ad c. 1. de Infant. expositis,* neque meretur hanc penam, ut filiam amittat, ad tradita per *Bossum de matrim. p. 2. c. 9. de obligat. aliment. §. 2. num. 602.*

45 Quod omnino ex Sacra Scriptura comprobatur *exod. c. 2.*, ubi Hebrei cogebantur filios aquarum impetu exponere, ut de Moysè contigisse narratur, ex quo erant immunes à culpa; solum ergo Jure suo privari meruit Moyses Pollonus, si culpabiliter relegato patris officio, Bellam filiam exposuisset, secus dum ex egestate, *ad Clarum praxi lib. 5. §. fin. q. 83. num. 7. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 396. num. 17.*

46 Tum quia dato, & non concessso, quod cessasset patria potestas in Patre, quæ ei Jure Romanorum concessa fuerit; atamen semper in Patre remanet Jus naturale, quod habet dirigendi, & regendi filios, quod Justamq; à natura dimans, non potuit Jure positivo mutari; semper enim verificatur, quod Pater sit principium naturæ essendi filii, & consequenter regendi *D.Thom. 2. 2. q. 189. art. 6. in corpor. & q. 101. art. 2. & p. p. q. 103. art. 5.*, quia ejusdem est rem producere, & gubernare, idè de Jure naturæ est filiorum procreatio, & educatio, *Instit. de Jure naturæ, Gentium, & Civili.*

47 Sed cessare omnimodam disceptationem, ex eo dicendum est, quia Moyses Pollonus infra decem dies, idest quarta die rediit,

filiam agnovit in suam, sibique restituendam instetit, quo casu non potest denegari, quod redeat ad pristina Jura: *Claro tex. in c. si expositus dist. 87. Gratian. discept. for. cap. 267. num. 17.*

Dum ergo Pater expressè contradicit nemo potest pueram offere Ecclesiæ, ut baptizetur *c. illud, c. filius, c. Parvuli, c. Mater de confecr. dist. 4.*, *Fermosin. in c. si cut Judæi q. 2. de Judæis.*

48 Quibus etiam fusori calamo exaratis non obstantibus, dixi de Jure posse baptizari, pro ut consideratis hinc inde allegatis, Mandato Reverendissimi Vicarii Episcopalis puella fuit baptismi donata, nam certi Juris est, quod Pater exponens filiam, vel legitimam, vel illegitimam, amittit Patriam potestatem, & quamcumque alia potestatem, etiam naturalem dirigendi filios, nam licet patria potestas secundum aliquos effectus, sit à Jure Romanorum, tamen originaliter est à Jure naturali, sequente rationem principii, & principiati; cum autem Pater exponit filiam, contra naturam facit denegando ei alimenta, rationem, & directionem in finem, & consequenter amittit sic volens, Jura naturæ, eo modo quo iniustus aggressor impune occiditur, quia iniuste aggrediendo facit contra rationem naturalem, & sic amittit Jus naturalis defensionis, *textu espresso in c. si à Patre, de infant., & languid. expos.*, ubi D.D. Paleot. *de Notbis, & Spuriis c. 63. n. 61.*, non enim potest dicere suam, quam pereuntiem contemplit, *l. 2. C. de Infant. expos.*, *Menoch. cas. 596. num. 9. & 10. Novara de elect. fori sec. 2. q. x. num. 6. & 7. Barbofa de potest. Episcopi alleg. 51. num. 145. Gratian discept. for. c. 266. num. 1. Antonell. de regime Ecclesiæ lib. 6. c. 38. n. 2. Vers. Item parentes, Menoch. de arbitr. Jud. cas. 396. nu. 9. Paschal. de Virib. patr. pot. p. 2. cap. 3. num. 48. Riccius. de Jure person. extra Ecclesiam lib. 2. c. 32. num. 30. Vers. Declaratur tertio, Aloys. Riccius decis. Curia Neapol. 127. in fine, Farinac. pract. Crimin. q. 120. num. 164. Alarius in *Can. conscientiæ lib. 5. V. Baptismus* nu. 13. in fine, item August. *Barbofa in d. c. si à Patre de infant. exposit.*, & in *l. Patrem C. de nuptiis*, & in *l. si levones C. de Episcopali audentia*, & Jura etiam naturalia amisit, qui eam morti exposuit, denegando alimenta, ad quæ tene-*

tenetur Jure naturæ, *l. necare ff. de liberis agnoscendis.*

49 Hinc sequitur, quod Moyses Pollonus, hodie non habet Jus reluctandi, ne filia à se exposita, & derelicta baptizetur, quia sublata patria potestate, & alia quamcumque potestate naturali, cessat omne Jus patris Judæi ad resistendum, & sic cessant omnia allegata ex adverso, quæ habent locum in Patre, qui non amisit patriam potestatem, & Jura naturæ; secus dum eam amisit exponendo filiam, & derelinquendo; D.D. autem ex adverso allegati, & plures alii, qui allegari possunt, loquuntur de Patre habente patriam potestatem, & Jura integra in filium, unde non aptantur casui nostro.

50 Et certè crudelior feris fuit Moyses, exponendo filiam denudatam in agere Padi, ubi de facili potuisset à canibus, maximè rusticis lacerari, nisi Deo disponente occurisset citò famula illa, ut hauriret aquā, & collegisset eam, ac ad hospitium reportasset; patefacit enim Moyses se spoliatū omni naturali humanitate, & Paterno affectu, quo nullus major, *l. fin. C. de Curat. fur. l. nam, & si parentibus ff. de inoff. test.*, *Pasqual. de virib. patri pot. p. 3. cap. 1. nu. 1.* unde Bella facta est sui Juris, & omni vinculo paterno liberata, *l. 1. C. de latin. lib. toll.*, *l. 1. & 2. ff. pro derelicto*, & denegando alimenta censetur necesse dicta, *l. Necareff. de lib. agnosc.*

51 Omissis tot, tantisque D.D. afferentibus licere baptizare filios infidelium, etiam nō consentientibus parentibus, non solum quando patria potestate liberati, sed etiā si esset spes moraliter certa, quod de proximo essent liberandi, ut quando sunt morti proximi, & videndi sunt allegati per Layman. Theolog. moral. lib. 3. tract. 2. cap. 6. num. 10. Vers. dixi autem, Nald. V. baptismus num. 4., Bonacina de baptismi disp. 2. q. 2. puncto 6. num. 12. Vers. respondeo 6., Azor. Instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 25. q. 10. Diana p. 5. tract. 3. resol. 10. p. 7. tract. 7. resol. 67., Becan. de Sacram. Baptismi c. x. num. 7., Possevin de officio Curati cap. 6. n. 14., Suarez. de baptismi d. 25. sec. 3.

Et ex Juris Farinac. fragm. Crimi. p. 2. littera I. num. 630., Paschal. de virib. patr. potest. p. 1. cap. 7. num. 11. Vers. alio etiam modo, Riccius de Jure person. extra Eccl. lib.

2. cap. 32. num. 31., Sperell. decis. 1. num. 41., Ciarlin. controv. for. c. 199. num. 13., ac plurimi apud eos.

52 Nec potest obstare tex. in *l. Patrem C. de nuptiis*, ubi dum requiritur Pater, quod consentiat in nuptiis filiæ, quām exposuerat, censetur habere patriam potestatem adhuc in filiam, quām exposuerat. Verum aliis est sensus illius legis, ut bene observavit *Surdus de alim. tit. 6. q. 1. num. 15.*, quia scilicet quārebatur, utrum Pater pueræ expositæ, teneretur reficere expensas alimentorum, quād dum pietatis officio factæ sunt, non præmissa protestatione, regulariter non repetuntur, at si contingat, quod Pater exponens contradicat, ne pueria nubat cum filio altoris, denegando dotem, quām tenetur dare, etiam si privatus sit Patria potestate, tunc in pēnam ingratitudinis tenetur etiam ad expensas alimentorum; unde Pater negare consensum intelligitur, denegando dotem, ut necesse sit per viam Juris agere ad dotem consequendam, non quod positivè requiratur consensus ejus tamquam Patris, ut post plures notat *Barbofa in d. l. Pater num. 2. & 4.*

53 Verum non est immorandum in reg. dum ex adverso dicunt nunc esse nos in casu expositionis, & limitationis regulæ, nempe, quia non ex spontanea voluntate, sed egestate præmente, & cogente Moyses pueram exposuisse dicatur, ac propterea non amisisse patriam potestatem ad tex. per adversum allegatum *Can. si expositus dist. 87.*, per quem tex. etiam intrat alia limitatio, scilicet, quod Moyses Pollonus quarta die post quam filiam dereliquerat, reversus instetit sibi filiam restitui, & sic in termino à Jure concesso; unde ei debet restitui.

54 Eliduntur tamen hujusmodi exceptiones, tum quia Moyses non probat se patrem pueræ, & ex facto non presumitur Pater dum inhumana, & efferata crudelitate pueram dereliquit expositam evidenti periculo lacerationis, & denudatam, quod viscera paterna non permittunt; erat ergo probandum se esse Patrem, ad allegata per *Menochium de præsumpt. lib. 6. præsumpt.* 54., *Mascard. de prob. concl. 786. num. 1. & 3.*, ubi etiam si esset in quasi possessione, quia est, quid facti, & adeò urgent in con-

in contrarium præsumptiones, ut cogant dubitare, non esse Patrem, qui naturaliter solet amare filios quam se, *Menoeb.* lib. 4. *præsumpt.* 96. num. 25., & plus quam Uxorem, eodem lib. *præsumpt.* 141. num. 121. *præsumpt.* 139. num. 6., & filius dicitur à filios, quod est amor, quasi antonomastice amor filiorum supereret omnes. affectus l. *quidam cum filium ff. de bæred-* *infistuentur*; Deus enim ipse ad ostendendum suum infinitum amorem in hominē, sè Patrem, illum filium appellat, nec major amicitia amor assignari potest, *Alci-* *tus de presump. reg. 1. præsumpt. 1. in prin-* *cipio*, *Mascard. de probat. concl. 1154. num.* 5. 6., *Pascal. de viribus patr. pot. part. 3.* cap. 1.

55 Tum quia denegando alimenta infanti, ad quod tenetur Jure etiam naturæ, quod neque efferratissimæ belvæ faciunt, se non Patrem ostendit, ita argumentatus est sa- pientissimus *Salamon lib. 3. Reg. c. 3.*, Meretrice illam non fuisse Matrem, cuius viscera non fuerunt naturaliter, commo- ta super puerum dividendum, ut in cap. *affecte de presump.*, quam Historiam *D. Hieronymus epistola ad Rufinum interpreta-* *tur*, ut pro Meretrice, cuius viscera com- mota sunt super puerum, intelligat Sancta Ecclesiam, cuius pietatis viscera commo- ventur super miserabiles personas.

Tum quia forsitan non erit speculatio à ve- ritate aliena, si dicamus Moysem abieci- se puellam, quasi ad vindictam, & in injuriam hæbreorum, qui ei larga subsidia pecuniarum non dederunt, eamque con- sultò in potestatem reliquise Christianorū, ut baptizaretur, sciens quantum hæbrei abhorreant ab hoc; sed dato, quod admit- tatur ut Pater.

56 Tunc non probatur, nec probari potest ex egestate, & necessitate coactum abieci- se puellam, tum quia Moyses Pollonus reversus, & instans, ac agnoscens filiam, non allegavit hanc necessitatem; unde col- ligitur non fuisse motum, asserta, ab Hæbreis necessitate; tum quia asserta necessitas, vel versabatur circa victum, aut vestitum; neutrum autem verificabatur, non circa vi- ctum, quia cum natura quotidie forma- ret lac in uberibus matris, sic pariter na- tura providit de vietu necessario puellæ, ut solidè ostendunt *Tiraquell. de nobilitate*

cap. 20. num. 81., & seqq., *Surd. de Ali-* *ment. tit. 8. privileg. 56. num. 25.*, *Azer. In-* *stit. moral p. 2. lib. 2. cap. 4. q. 3.*, ac per hoc cautum est, Matrem teneri alere puerum usque ad triennium l. *penult. C. de patr. pot.* *Garzias de expensis cap. 3. num. 29.*, *Surdus de alim. tit. 1. q. 14.*, ubi num. 2., quod lac præstare, modica est impensa; Nec circa vestitum, quia Asinam onustam, cù duabus cistis plenis pannis lineis, & laneis secum ducebant, & certò majores expen- sa requirebant in alimonia Asinæ, quā puellæ, & tamen eam secum duxit, hanc dereliquit.

57 Tum quia, non qualibet egestas, aut ne- cessitas sufficit, ne exponens amittat pa- triam potestatem, sed requiritur summa, & præcisa, dum agitur de violando Jure naturæ; partus enim habet à natura Jus, ut à parentibus alatur; unde tali Jure non nisi extrema parentum necessitate potest privari, ut post *Riminald. docet Leoncil. de privil. pauperum privil. 283. num. 2.*, & de tali extrema necessitate verificatur solùm non habere legem, *Leoncil. dicto privil. n. 13. 16.*, & 19., *Barbosa de potestate Episc. allegat. 51. num. 147.*

58 Tum quia, ut ex necessitate quis impunè filium exponat, requiritur, quod nulla- tenus possit alienam opem implorare glo- *in l. 1. C. de infant. expos.*, & facit tex. *in l. 1. §. sed scimus C. de latina lib. tol.*, *Graffius de casibus reserv. lib. 2. c. 22. num. 17.* *Vers.* *exponens ex necessitate*, glo- *in can. si exposi-* *tus Ver. expositus dist. 87.*, *Tabiena summarubr. de expositis num. 3.*, *Sylvester V. expositus num. 3.*, *Angel. V. expositus num. 3.*, *Mazucbell. de casibus reservat. disp. 2. cap. 9. n. 25.*

59 Tum quia adhuc data necessitate, debebat Moyses puellam exponere in loco tuto à periculis viræ, *Sanchez opusc. lib. 1. cap. 5. dub. 4. num. 18.*, *Belloch. de casibus resser. p. 2. q. 15. num. 39.*, *Summa Angelica in V. expos. nu. 3.*, eo modo quo Parentes Moysis *Exodi cap. 2.*, necessitate legis Faraonis ex- posuerunt Moysem in Cista undequaque linita, in loco moraliter tuto, ut esset im- munis ab omni periculo; ex facto autem iste Moyses Pollonus exposuit puellam si- ne ulla cautione, & in loco ubi de facili potuisset à canibus lacerari, & pannis etiam lineis denudatam, quibus tegebatur ante- cedenti die.

60 Minus relevat altera exceptio, quod Moy- ses in termino quatuor dierum reversus, puellam agnovit in suam; tum quia non spontè rediit, sed revocatus per Massarios Hæbreorum, qui missō nuntio, cum pe- cuniis, ac verbis aureis tractus, alienæ vo- luntati, & suasioni consensit, non autem Patris affectu.

Tum quia tunc solùm in termino decem dierum agnoscendo filium consequitur, quando eo inscio, aut invito filius fuit ab alio expositus, ac propterea in can. si ex- positus dicitur, quod colligens ponat epi- stolam publicando puerum expositum, ex quo Pater possit edoceri, & moneri, at in nostro casu sciens, & volens Moyses ipse puellam exposuit, ita omnes D.D. in præ- dic. can. si expositus dist. 87., *Sanchez. opusc. lib. 1. cap. 5. dub. 4. num. 6.*, *Hofliens in c. 1. de infant. exposit. num. 4.*

Ubi etiam notandum, quod volens, & sciens exposuit, deinde per quatuor dies moram traxit antequam reverteretur, quo tanto tempore puella fame periisset ad no- tata per *Paulum Zacciam q.q. Medico. leg. lib. 4. tit. 1. q. 7. num. 5.*, & 46.

61 Tum quia, Pater in hoc casu redit ad pri- stina Jura, quo ad onera alendi filiam, & dotandi &c. non verò quo ad favorabilia, sive non recuperat patriam potestatem, *Barbosa post alios in c. Unico num. 7. de in-* *fantibus*, & *languid. exposit.*, & *de potestates Episcopi alleg. 51. num. 146.*, *Gratian. di-* *scept. for. cap. 267. num. 37.*, & intrat re- *gul. à privatione ad habitum non dari regres-* *sum*, *l. Manumissione- ff. de Just.*, & *Jure*, *ideòque ad utilia deperdita non restituitur*, *Novarius de elect.*, & *variat. fori sectione 2.* *q. x. num. 7.*, *Leoncil. de privileg. Pauper. part. 1. q. 3. num. 70.*, *Bertazol. Consil. cri-* *minal. 250. num. 25. vol. 1.*

62 Puella ergo exposita in numero Misera- bilium personarum redacta est, & conse- quenter cadit sub protectione Ecclesiæ, quæ est mater miserabilium, *Novara de Privileg. miserab. person. Privileg. 90.*, *Bar- bosa de universo Jure Ecclesiæ lib. 2. c. 3. nu-* *49.*, *Costa de ratione Ratae q. 9. num. 7.*, & *13. post Surdum, Thesaurum, & alios, Na-* *vara de elect. fori sect. 2. queſt. 10.*, & *de* *miserabil. personis privil. 81.*, ubi, quodistè miserabiles personæ habent Episcopum protectorem, *Leoncil. de privileg. pauper. e. 1.*

*q. 3. num. 63.*, & *privileg. 399. nu. 6.*, *Ga-* *vant. Manual. V. tutella num. 1.*, & 2., *Au-* *tonel. de regimine Ecclesiæ lib. 6. c. 38. nu. 3.*; Unde poterit Ecclesia salutari protectione, ad portum salutis æternæ per aquæ bapti- smalis lotionem, transfere puellam.

63 Nec verū est, quod in potestatem Hæ- breorum, & Universitatis eorum incide- rit, eo quia ipsa collegerit; nam clara sunt verba tex. *in c. si à Patre de infant. expos.*, quod qui expositos suscipiunt, non possunt per hoc in eorum personis Jus aliquod vin- dicare, & ratio habetur in tex. *l. Sancimus 3. C. de infant. expos.*, Ne quod pietatis of- fitio sustulerint, videantur quasi mercimo- nio contracto, ita pietatis officium gerere; ad quod etiam tex. *in l. nemini licere C. de Episcopali audience*, ubi notata per Bar- bosam.

64 Veli si aliquod Jus posset aquirere, qui ex- positum colligit, hoc competenter Cristia- nis, & Ecclesiæ, quia primo Mulier Chri- stiana puellam collegit, domum asporta- vit, in tuto posuit, & per tales collectio- nem fidelem, Ecclesia Jus quæsisset.

65 Historia autem de Moysi *Exod. cap. 2.* ex supra notatis, non facit argumentum pro Hæbreis, sed potius pro Ecclesia, nam ibi lex Regia urgebat caute pro possibili fuit expositus, & apposita fuit mulier, quæ stans observaret eum; donec veniret filia Regis, quæ illum adoptavit in filium, & nutriendum curavit, salvans eum ab omni periculo, ita ista Puella collecta ab Eccle- sia; optanda venit in filiam ejusdem, quæ est Sponsa Regis Dei, juxta psal. 44. *Abi- sit. Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata variate*, unde consequenter debent habere locum versiculi ejusdem psal- mi sequentes (*Audi filia*, *vide*, & *inclinare aurem tuam*, *obliviscere populum tuum*, & *domum Patris tui*).

66 Afferebant aliqui historiam Agar, quæ exposuit filium suum Ismael, & tamen Angelo protegente, & aquam indicante puerum recuperavit in suum, nec quid- quam Juris in eo deperdidit, *Genes. c. 21.*

Verū si benè historia cum suis circum- stantiis consideretur, nihil prodest Moysi Pollono, nec Universitati Hæbreorum, nam Agar non exposuit puerum, sed cum videret eum siti usque ad mortem vexari, nec in diserto invenire posset aquam, qua- sitim